



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theorema, De Fidei Christianæ Definita Mensvra, Et An Haec Sit Sola Scriptvra Canonica

Pistorius, Johann

Coloniae, 1590

VD16 G 3811

Theses Grynæi Demensura veræ Fidei.

urn:nbn:de:hbz:466:1-43333

THESES GRYNÆI

De mensura veræ Fidei.

I. *Ἐν Χριστῷ.*

V Thæc nostra de Fidei mensura Disputatio, recti & commodi Inítij aureis columnis non destituatur, substernimus eidem hæc Diuina oracula.

2. Sapiat quiuis ad sobrietatem, prout cuique partitus est Deus mensuram fidei; Prophetemus proportione fidei. Rom. 12. 3. 6.

Ista verò septem quò per-tinēt? & cur hic ponuntur: Cùm in misera demonstratione nullo verbo repetantur. An illud est columnas edificare, quæ in edificio non comparent? ò Demonstrator.

3. Fides est ex auditu; auditus autem per Verbum Dei. Rom. 10. (17.)

4. Qui persequebatur nos aliquando, nunc annunciat fidem, quam olim vastabat. Gal. 1. (23.)

5. Elegit vos Deus ab initio ad salutem, per sanctificationem Spiritus, & fidem habitam veritati. 2. Thes. 2. (13.)

Ista verò omnia quid ad Rhombum? quid ad rem propositam, ad demonstrandum?

6. A puero sacras literas nouisti; quæ te possunt sapientem reddere in salute, per fidem quæ est in Christo Iesu. 2. Thim. 3. (15.)

7. Etenim nobis Euangelizatum est, sicut & illis, at non profuit illis auditus sermo, vt qui fidei mixtus non fuerit ipsis qui audierant. Hebr. 4. 2. Auditus autem ille sermo ex quo fonte ab Apostolis petitus sit, testatur dictum Petri Apostoli, *οὐδὲν ἀνευ γραφῆς λέγομεν.* Clemens. *ερωμ. 6.*

II. *Θεώρημα.*

In magnis va-
luisse sat est. **F**idei nostræ μέτρον seu mensuram esse scripturam Canonicam, demonstrare (A) nobis est propositum.

III. *ΕΚ-*